

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

6. De præstantia vitæ contemplativæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](#)

colliguntur, quando sic in potestate sunt, ut <sup>tum ani-</sup>  
nihil obstrepant, aut avertant animam <sup>mæ.</sup> contemplantis ab unione cum Deo per contem-  
plationem & amorem; sed potius cooperen-  
tur suo modo, atque subserviant.

## CAPUT VI.

### *De præstantia vita contemplativa.*

**C**ommendavit illam Christus illis verbis: *Gratia Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Ubi est notandum, quod ait, *tas pri-*  
*Mariam elegisse.* Nam, etsi Deus inspirator esse cipia  
debet suscipiendi vitæ genus, præsertim tam status.  
eximum: homo tamen ipse obsequitur vo-  
canti, & cooperatur.

Vocat autem *optimam partem*, quo præfert  
eam vitæ activæ, nam conjungit magis homi-  
nem summo bono, similiore inque Deo facit  
& Angelis, perficiendo ipsam secundum no-  
bilissimas potentias rationales, intellectum &  
voluntatem, atque istas per actus omnium  
excellentissimos; nempe contemplationem  
primæ veritatis, & amorem summi boni, à Amor  
quibus actibus deinde provenit amor proximi, proximi.  
& fervor, atque devotionis sensus in operibus  
bonis perficiendis.

Addit porro Dominus: *quæ non auferetur ab ea.* Nam quos Deus semel ad eam vitam <sup>I.</sup> In statu  
vocavit, vult in ea permanere, nec ullis ob- conser-  
tretationibus ( qualis erat illa Marthæ ) ab in- vat.

Q  
di  
pu  
in  
ta  
si  
vi  
pi  
fa  
t

<sup>2.</sup> Non im-  
pedit. <sup>2.</sup> stituto revocari. Deinde vult , ut à consuetis  
eius vitæ exercitationibus , per tempora distri-  
*Cant. 2.* butis , nullo modo patientur se impediri , aut  
*7. Eccl.* distrahi , quovis alio prætextu meliorum . Nam  
*3. 5.* in ipsos dicitur , sposo , *Ne suscitetis , nec evi-*  
<sup>2.</sup> Nunquā *gilare faciatis dilectam , donec ipsa velit.* Voleat  
aufert. autem , quando id esse voluntatis divinæ , ex  
*De Ci-* obedientia intelliger . Denique Deus nun-  
*vit. in* quam auferet hanc partem ab eo , cui semel  
*fine.* contulit , sed eandem perficiet in æternitate ,  
ubi cessante actione toti Deo vacabimus , a-  
mabimus , & laudabimus , ut dicit Augustinus .

## CAPUT VII.

*De vita mixta excellentia.*

**M**ixta est , quæ contemplationi addit actionem , cujus vitæ mixta respectu con-  
templativam solam Dominus vocavit partem ,  
quia non est totum bonum . Hanc Christus  
expressit , deinde Ioannes Baptista , Apostoli ,  
*Gen. 28.* Doctores Ecclesiæ , aliisque viri sanctissimi secu-  
*12.* ti sunt . Significata verò est in *scala Jacob* , per  
quam *Angeli ascendebant & descendebant* . U-  
tique homines Angelis similes , modò ad cæ-  
lum per contemplationem se attollentes , mo-  
dò se ad terram demittentes , causâ proximos  
juvandi per opportuna ministeria . Et quan-  
*Collat.* vis ista perfectio videatur esse paucorum , ut  
*19. e. 9.* ait Cassianus ; tamen ipsa contemplatio amó-  
que divinus , dum proximi charitatem accen-  
dit ,